



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INSTITV=||TIONVM IVRIS CA-||NONICI LIBRI|| QVATVOR.||

Cucchi, Marco Antonio

Coloniae, 1564

VD16 ZV 4150

Baptismo. ij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62908)

LIBER TERTIVS. 175

perit, animę tamen salutem, & gratiam
diuinam sperare potest. De his igitur *glo. c. i.*
singulis videamus: & primũ de Ba- *dist. iiii. c.*
ptismo, qui reliquis omnibus ianua est *c. quicunq.*
& principium. *lxxvii. dist.*

De Baptismo. Tit. II.

Baptismus tanti est momenti, vt si-
ne eo nemo saluus esse possit, quẽ
admodum Christi ipsius voce doce-
mur. hoc enim crimen ingenitum ab-
stergitur, quod cœlestem ianuam no-
bis obserauerat. Est autem baptismus,
exterior hominum ablutio cum certa
forma verborum, originarium pecca-
tum delens, a & longẽ maiorem utili- *a glo. c. i.*
tatem affert Baptismus, quàm olim cir *iiii. dist.*
cūcisio afferret: quippe per Baptismum *de consecra*
renatus ianuam cœlestem sibi resera- *tio. Thom.*
tam inuenit, quæ circuncisis occlusa *l. iiii. sen*
erat, quamuis culpa ingenita eis per *ten. dist. iiii.*
circuncisionem ipsam remitteretur. *b q. i.*
Et duplex est baptismus: solennis, & *b c. maior*
simplex, ille multas cæremonias exi- *res. in prin.*
git præter verbum Dei, & aquam: nam
& catechismos, & exorcismos, & mul-
tas preces, multasque alias solennita-
tes desiderat. hic autem in casu neces-
sario in usu esse solet. præcipua autem

H 4 in hoc

in hoc sacramento verba sunt hæc: Ego te baptizo. addito sanctissimæ Trinitatis nomine. c

*c. i. de
consecr. di-
stin. iiii.*

Et quamuis hoc munus baptizandi sacerdotum proprium sit, tamen & laicus rectè & vtiliter necessitate exigente baptizare poterit. nec, si hæreticus, vel paganus, aut Iudæus baptizari, dummodò debita materia forma & intentione vtatur, sacramentum repetendum erit: cum non dignitate ministri, sed virtute verbi diuini, & spiritu sancti constet. d

*d. c. in ne-
cessitate.
cñ sequent.
ca. dist. iiii.*

Sed quāuis hoc sacramentum iterandum non sit, si de aliquo tamen ambigatur, an sit baptizatus, necne, poterit ei baptismus huiusmodi verbis cōferri: si baptizatus es te non rebaptizo, sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo. addito Trinitatis nomine. e

*e. c. ii. eod.
titu.*

Nemo tamen seipsum baptizat. At quicumque presbyter commendatum sibi ægrum baptizare neglexerit, adeò vtille sine baptismo è vita decesserit ab officio deponendus est. f

*f. d. c. in ne-
cessitate.
cum seq.*

De Confirmatione.

Titu. III.

Post baptismum, confirmatio quæque est Christiano adhibenda, quæ vnde-